D. Heinsio.

46

Fallor, Ampl.me Domine, nisi ante discessum in Italiam de Epitaphio Mausolei Decapleni
inscribendo tecum vel coram vel literis egi. Nondum adeo hac molestia perfunctissumus quin et
reliquum exceperit reliquiae. Illustrissimus Princeps (~~cuius~~ quo jubente ac dirigente primum illud conamen
~~tollendo, addendo~~ radendo, poliendo, interpolando, eo tandem perduximus uti supremum, Placet, meruisse videretur) totius deleg-
ni curam Parenti meo discedens mandavit, atq. ultimum exemplar ~~Dn.~~ D.nis Ordd. finale exhiberi jussit. Illi
Hollandiae delegati negotium suo examine dignum, praeter alias Provincias, censuere; ut quorum paene
cura atq. impensis haec fabrica constaret. Cum itaq. eorum aliquos promovendi Judicij causa convenissem
indicavere tandem ad Curatores et Senatum Academicum omnem causam devolutam esse. De Curatorib.
autem ~~contrarium~~ aliud heri ex D. Honerdo didici; qui ex eo de Inscriptione ne fando quidem hactenus audisse
asserebat. Non restat nisi Academia. In qua quod Tu pro meritis personam sustineas, Vir ampl.me, nescis
nescire nos. Adorior itaq. nunc te, et per illum candorem atq. humanitatem, quam bene de omnibus merig-
merendi in usu habes, rogo et obtestor ne diligentiam et, quam potes, authoritatem meam deesse patiaris
mihi, quo brevem atq. expeditum judicij terminum haec mea quodammodo causa sortiatur. Adderem
et benignum, nisi in sapientissimi Principum verba jurare quam propriae imbecillitatis causam agere
satius eruditum atq. opportunius. Caetera tibi uni committo, utrumque precatus ut nos ab assidua operae
importunitate (quam [illegible] ultimam operi manum imponere) quam primum liberatos velis. Vale. H. Com.
9. Cal. Septembr. cbro.